Petrus, filius eius, dux[a] ducavit annos non plenos[b] .xviii.

Petrus Ursyolus[c] dux ducavit annos .ii. et dies[d] .xx.

Vitalis Candianus[e] dux ducavit ann. .i. et[f] mens. .ii.

Tribunus Menio dux ducavit ann. .xiiii. et mens. .iiii.

Petrus Ursyolus[g] dux ducavit ann. .xvii. et[h] mens. .vi.[i].

Otoni, filius eiusdem Petri ducis[k], ducavit ann. .xv.

Petrus Centranicus dux ducavit ann. .iiii. et mens .iiii.[l].

Domnus Ursus patriarcha tenuit ducatum per[m] ann. .i. et mens. .ii.

Post hec non modica pars Venetici populi elegerunt[n] sibi ducem Dominicum[o] Ursyolum[p], qui ducavit unum diem et eiectus est de palatio et fuga lapsus est in Ravennam[q], ibique defunctus[r] est[s].

predicti Petri eum captum imperium ***[t] Betunie ministrabat imperium. vixit autem uxor predicti Petri in imperio an. ***. predictus autem Petrus, at ***[u] longo tempore detentus, vitam finivit. postmodum Rubertus, predicti Petri filius, imperavit an. ***.

Olim rex Ierosolimitanus, Iohannes nomine, dedit filiam suam in uxorem Balduino, fratri predicti Ruberti. imperavit predictus Iohannes an. ***. et mortuus est apud Constantinopolim.

Post mortem vero Iohannis Balduinus, gener eius, filius supradicti Petri, imperavit an. ***.

(a) *S om.* eius dux (b) *S om.* non plenos (c) *D* Ursiolo *V* Orsyolo *S* dux Urs. (d) et dies] *D V* dies duo (e) *S* dux Cand. (f) *V om.* et (g) *S* Ursiolus *D* Ursiolo *V* Ursyulo (h) *D om.* et (i) *S* a. .iiii. et m. .iiii. (k) *D V* duci (l) *S om.* Otoni – mens. .iiii. (m) *S om.* per (n) *S* elegit (o) *D om.* Dominicum *V* Dum. (p) *D* Ursiolum *V* Ursyulum (q) *V* Ravena (r) *S V* defuctus (s) *V om.* est (t) *S rasura.* (u) *S rasura.*